



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

NOBILISSIMAM PRAESTANTISSIMAMQVE
FEMINAM
CHRISTIANAM
ELISABETHAM
NAT. HOELTICHIAM

VIRI

MAGNIFICI SYMME REVERENDI AMPLISSIMI
ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. IOAN. GEORGI
NEVMANNI

DOCTORIS AC PROFESSORIS THEO
LOGI VITEMBERGENSIVM CELEBERRIMI
ALVMNORVM ELECTORALIVM EPHORI ET
ACADEMIAE BIBLIOTHECARIJ GRAVISSIMI

CONIVGEM OPTIMAM

XVII. KAL. IAN. A.C. cl̄o l̄o CCI.

PIE DEFUNCTAM

LVGENS PROSEQVITVR

COLLEGIVM THETICO-THEOLO
GICVM NEVMANNIANVM



VVITEMBERGAE,

Literis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.



lacrymosa dies, quoniam truculenta-
dolorem
Advehis ingentem, lacrymas, age, susci-
pe nostras.
Debentur lacrymae *Neumanno*, & flebile
carmen,

Neumanno, ingenio quo non divinius alter,
Et quo non alter propius caput intulit affris.
Par erat, ut diros homines populosque feroces
Terrificum quateret fatum, non mitia terrae
Ingenia & coeli nobis pandentia callem.
Par erat, ut, quando fremeret truculencia fati,
Sterneret & tristi letho sine nomine vulgus,
At Pindi colli, & Pindi qui culmina carpunt,
Parceret, immunes discrimine mortis ut ipsi
Pierio dulci resonarent vertice cantu,
Vtque doloroso ne funera moesta suorum
Turbati officio spectarent, laetaque moesti
Ferali Aoniae implerent juga carmine rupis.
Ast arx ingenti premitur nunc Delphica luctu,
Moerore ingenti quatitur, discrimine nullo,
Et tanto gravius tantoque dolentius illa
Concutitur, quanto meliora heu! perdita luget.
Ingenio ah! si par *Neumanni* carbasia Magni
Fortuna inlasset, nullus nunc moeror adesset,
Viveret & Conjux, & vox nunc laeta sonaret
Neumanni, quanta quae sit dulcedine plena,
Quam suavi cupidas sonitu circumsonet aures,
Haecenus expertae Musae, Musaeque loquuntur.
Moverat aequoreos dulci delphinas Arion
Carmine, cum velis ventosa per aequora raptus
Infidis, cymba ne verreret atra fluenta
Cocyti, rapidis Thetidos se credidit undis.
Major *Neumannus*, tantum cui cedit Arion,

Vinci.

Vincitur a Paesti quantum saliuca rosetis.
O qualis superas vox reddita fertur ad auras!
O quanta os coeleste suum dulcedine pandit!
Quando concursu juvenes, Pimpleaque turba
Adproperant, tantas avidi perdiscere voces!
Ipse canit: pulsi referunt ad lucida colles
sidera candentesque domos coelumque coruscum.
Pieriae passim motare cacumina laurus
Cernuntur doctaque imitari gaudia turbae.
Annos sistuntur volucris Parnassea Tempe
Collesque Aonidum nemorosos fonte rigantes.
Nam canit, ut dulces undas fontesque salubres
Candida Jessiadae Proles mortalibus aegris
Foderit, irati placans praecordia Patris:
Ut puris animos hominum sapientia lymphis
Roboret: hincque docet: celsi quis Rector Olympi?
An socium regni coelo patiatur in alto?
An tales? sancti spreto qui numine Jovae
In delicta ruunt coeci: quos talibus olim
Destinet angores? quae tormina? quosque dolores?
Quis sit, mortales qui tanta a morte reducat,
Tartareasque domos victor qui frangat, & alto
Agmina restituat miserans mortalia coelo?
Hostis quis noster? Quae spicula, quasque sagittas
Porrigat ipse suis? & quo munimine vallet?
Nunc talem at saevo ruptam moerore queruntur
Pierides vocem, luctum turbare queruntur
Albiaci campos Pindi saltusque, nigroque
Signandas carbone docent, quas nubila, luces,
Fax revehit Phoebi, vultus induta minaces.
Nam tristi heu! morte occubuit *Neumannia Coniux*,
Virtute insignis mulier: falsoque Maritus
Ora genasque pius lacrymarum flumine mergit.

Heu

Heu quanti gemitus surgunt! suspiria quanta
Corde emittuntur! quantus moerorque dolorque
Dilacerat mentem, divinaque pectora pulsat.
Deflet dilectam Proles gemebunda Parentem,
Moerentique Patri certat. Certare Camoenae
Ipsae audent nostrae, si quis certaverit illi,
Funera qui carae & tantae flet Conjugis; illi,
Qui luget moesta Genitricem morte peremptam.
Sed tamen & flemus, quos praestantissima dicta
Nos tua formarunt, omnes nos corde dolorem
Ingentem patimur, tua tristitia saevaque flemus
Fata, VIR, Albiaci cerrissima Gloria Pindi,
Neumannae, & spatiofi orbis nitidissima lampas.
Nec tanto aëria Philomela sub arbore luctu
Afficitur, raptos tristi modulamine foetus
Deflendo moestis late loca questibus implens:
Quali nunc nostrum pectus moerore refertum,
Et quales gemitus geminantur pectore tristi,
Pectore sub querulo. Quis enim, Vir Maxime, tanti
Participem luctus, quem percipis, esse recuset?
Praecipue si quis, quales nos esse fateatur,
Si quis, coelestes cui Pindi arcana recludis,
Et liquidos animis fontes sitientibus offers,
Ambrosiaeque cibo recreas torpentia corda.
Adjicimus Musae luctus testique doloris
Vota piisque preces: Ut facta dolentia mentem
Turbarant, mentem sic gaudia laeta serenant!
Ut nunc detonuit circa Tua tempora fatum
Durum, sic rursus vultus fortuna benignos
Ostendat, cordique Tuo nova gaudia reddat,
Gaudia perpetuum Tecum jungentia foedus!

Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17
W 18



NOBILISSIMAM PRAESTANTISSIMAMQVE
FEMINAM
CHRISTIANAM
ELISABETHAM
NAT. HOELTICHIAM

VIRI

MAGNIFICI SYMME REVERENDI AMPLISSIMI
ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. IOAN. GEORGI
NEVMANNI

DOCTORIS AC PROFESSORIS THEO
LOGI VITEMBERGENSIVM CELEBERRIMI
ALVMNORVM ELECTORALIVM EPHORI ET
ACADEMIAE BIBLIOTHECARI GRAVISSIMI

CONIVGEM OPTIMAM

XVII. KAL. IAN. A.C. cl^o l^o CCI.

PIE DEFUNCTAM


LVGENS PROSEQVITVR

COLLEGIVM THETICO-THEOLO
GICVM NEVMANNIANVM



VVITEMBERGAE,

Literis CHRISTIANI SCHROEDTERI. Acad. Typ.



Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

